



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

De sancti Athanasii morte & Petri succeßione. Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

eius mens à quibusdā veteratoribus expugnata fuit)hortatur Basiliū, vt ad partem aduersariam se transferat: Deinde cum ei persuadere non posset, iubet edictum de illo in exilium mittendo conscribi. Quod cum sua manu ratum face- re conaretur, ne apicem quidem vnum alicuius literæ face- re potuit: Si quidem ruptus est calamus. neque id semel, sed iterum, ac tertio accidit. Ac cum impium illud edictum cō- firmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorq; eam occupauit. Atque cum animo esset præ metu prope at- tonito, chartam manibus dilacerauit. Vnde rerum omniū moderator deus satis perspicuè ostendit, tum quòd aliis e- ius permissu eadem ipsa obtigerunt, tum quòd Basilius o- pe illius insidiis ereptus fuit. Atque vt in isto Basiliij nego- cio potentiam suam monstrauit, sic in illo altero suæ prouid- entiaē genere fortitudinem præstantissimorum hominum curauit palam prædicandā. Valentē igitur in hunc impetū facientem spes frustrata est.

*De sancti Athanasii morte & Petri successi-
one. CAP. XVIII.*

Alexandriæ porro cum victor Athanasius post multa confecta certamina, post totidem etiam reportatas co- ronas ex huius vitæ laboribus ereptus esset, & ad vitā vacuam à molestiis trās-latus, Petrus, vir facile optimus præ- sulatum illum obtinuit, quem primū B. Athanasius suo suf- fragio designarat, eiusq; electioni ab omnibus tam sacerdo- tibus, quàm magistratibus assensum est. Populus quoque vniuersus acclamationibus quantum lætitiæ percepisset, de- monstrauit. Nam laborum ab Athanasio susceptorum soci- us & particeps fuit, & cū eo tum ibi vitam degente, tum pe- regrinante semper versatus est, & varios labores cum illo vna exantlauit. Quapropter episcopi vicini eo simul ire- maturant: & qui vitam seuera disciplina exigebant, ii ea re- licta, ad Petrum in sede Athanasii collocādum se cōferunt.

*De exturbatione Petri, & Lucij Ariani in-
ductione. CAP. XIX.*

MM 5

Postea